



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

23 Confraternitatibus laicorum excipientibus de privilegiis, quid agendum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

nu. 19. C. de Episc. & cler. Abb. in d. c. officij. 23 dict. cap. 8. & cap. 9. eadem sess. 22. exequi.  
 in fin. de testa. & in cons. 31. num. 1. vers. certio induco, vol. 1. Fed. de Sen. cens. 129. Calc.  
 cons. 21. & Covar. in d. c. officij nu. 12. Contraria verò opinionem, quod hæc quarta  
 Episcopo debeatur, tenent in eod. c. officij.  
 Anchæ. & Barbat. num. 7. Petr. de Perus.  
 late in tract. de quatr. canon. 14. qu. principali,  
 & post diligentem disputationem eandem  
 opinionem sequitur Barb. cons. 1. nu.  
 1. vol. 4. quam communem esse testatur, &  
 sequitur Covar. eod num. 12. cui non ob-  
 kant in contrarium adducta, quia cessat  
 nunc primum, & præcipuum fundamen-  
 tum, Abb. quod confraternitatis sint loca,  
 & personæ exemptæ à jurisdictione Epi-  
 scopi, cum stat illius jurisdictioni sub-  
 jectæ, ut per conc. Trid. c. 1. de refor. sess. 22.  
 & novissimè per constit. Clem. VII. sub die  
 7. Decembri 1604. editam.

Nam admittitur, quod sint puri laici, &  
 foro seculari subjecti, ut singuli, sed Epi-  
 scopi tanquam Sedis Apostolicæ † delegati  
 habent jus visitandi easdem confraterni-  
 tates laicorum, etiam quas scholas, sive  
 quoconque alio nomine vocant, non ta-  
 men, quæ sub immediata regum protec-  
 tionे sunt, sine eorum licentia, etiam, si  
 eorum cura ad laicos pertineat, atque eas-  
 dem confraternitates exemptionis privile-  
 gio sint munitæ, ac omnia, quæ ad Dei cul-  
 tum, aut animarum salutem, seu pauperes  
 sustentandos instituta sunt, ipsi ex officio  
 suo juxta sacrorum canonum statuta co-  
 gnoscere, & exequi debet, non obstante  
 quacunque consuetudine, etiam immemo-  
 rabilis privilegio, aut statuto, conc. Trid.  
 d. cap. 8. sess. 22. de reforn. & debet Episco-  
 pus confraternitatibus visitationem in-  
 vimare, & exactiōnem rationum, juxta

Si verò † confraternitates excipient de  
 privilegijs, aut de aliqua alia re, propter  
 quam visitari se non posse prætendant ab  
 Ordinario, tunc earum allegationes in fa-  
 ño, & in jure ad sacram congregationem  
 sunt transmittendæ, & interim est superse-  
 dendum, ut fuit ab eadem sacra congre-  
 gatione decisum, ut in decisi. sub tit. Ru-  
 beu. & alias sub titulo Mediolanen. super eod.  
 cap. 9.

24 Administratores autem † tam ecclesiasti-  
 stici quam laici, fabricæ cujusvis ecclesiæ  
 etiam cathedralis, hospitalis, & confrater-  
 nitatum, & hujusmodi piorum loco-  
 rum singulis annis Ordinario rationem  
 reddere tenentur, consuetudinibus, & pri-  
 vilegiis quibuscumque in contrarium sub-  
 latis, nisi secus in institutione, & ordinatio-  
 ne talis ecclesiæ, seu fabricæ expresse cau-  
 tum esset: & si ex consuetudine, vel privi-  
 legio, aut constitutione aliqua loci, aliis  
 ad id deputatis ratio reddenda esset, tunc  
 cum illis, & Ordinarius debet adhiberi,  
 & aliter factæ liberationes administratori-  
 bus minime suffragantur, concil. Trident.  
 cap. 9. ead. sess. 22. & administratores loco-  
 rum piorum etiam exemptorum nemini  
 alias rationem reddentes, Episcopo eam  
 reddere debent, & si aliis reddere consue-  
 verunt, cum illis est etiam principaliter  
 Episcopus adhibendus, congreg. conc.  
 super eodem cap. 9. sub titul. Mediolanen.  
 Cremonen.

Ideò, cum ex dispositione concilij ho-  
 die confraternitates subsint Episcopis ra-  
 tione oneris † Episcopalis, debent lega-  
 ta pro quarta Episcopis communicare,  
 Abb. in eod. cons. 31. vers. nec obstat unum,  
 Cessat etiam secundum fundamentum,

A 22 quod